

Mythologia, Padoue, 1616 - 68 : Bacchus, les effets du vin et du Soleil

1 médaillon

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - 114 : Bacchus, les effets du vin et du Soleil](#) □ a pour reproduction ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia* Padoue, 1616 - 68 : Bacchus, les effets du vin et du Soleil ; 1 médaillon, 1616

Consulté le 25/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7787>

Présentation du document

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrupaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire HathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>


Formatin-4

Pagination

- p. 260
- p. 263

Exposition virtuelle [La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024



Conspicere cales.

Quidam quod barbam antiquitus nutritent, barbicum putarunt, cum ab aliis imberbis fingeretur. aliud duplicem naturam eius significarunt sine potius ingenia duplicia bibentium, cum etiam vinum faciat pilares, alios penè furiosos. Testatur Ilacius Dionysium eundem iuvenem, & iocem fuisse ab antiquis exultimatum. quem

tamen, quod esset imberbis, Euripides in *Æschis* nominavit *Θηλύμορρον*, siue vultu muliebri ac forma *scemina*, & *laleumum*, & inquinato-rem thori, ut est in his carminibus:

τὸν θηλύμορρον ξένον, ὅς ἐστι σφάροι νόσον
καὶ γυναιξὶ χαλεπὴν λυμναίεται.

*Cui forma scemina hospitium, aegritudinem
Qui faminis novam tulit, inquamant thores.*



Hic Deus cum fuisset in cœlum aliquando à Ioue portatus, & antequam Iouis femoral- fueretur, illum in cœlo Iuno deiecere voluit, ut testatur est in his Euripides in *Bacchis*:

ἐπεί νιν ἦρπας' ἐκ πύρρος κεραυνὸς
Ζεὺς, εἰς ἐλυπτοῦ βαθεὺς ἀνὴρ ἀγνὸν νέον,
ἦρπεν ἵδελ' ἐκ βαλὲν ἄπ' οὐρανό.

*Eximit illum ex igne postquam fulminis,
Colaphum Iupiter infantem tulit.*

Colapho voluit Iuno eum depellere.

Cum verò aliquantulum *Bacchus* apud *Nymphas* adolevisset, apud quas educatus fue- rat, multas res admirabiles fecisse dicitur per *Bacchos*, ut est in his Euripidis carminibus:

ὅσαι δὲ λευκὴ πέματος πόδες παρὶν
ἔκροισι δ' ἀκτόλοισι διαμῶσαι χθονά,
γύλακτος ἐτμοὺς εἶχον ἐκ δ' ἐκιστίνων
θυρτῶν γλυκεῖαι μέλιτι π' ἔσασον ῥοαί.

Albisq; potius ut cupido ceperat,

Terram secantes unguibus summis statim

Rinos habuere latices. atque rursus his

Fluxere mellis ductis alte rivulis.

Admirabiles omnino erant res *gestis* *plurimum* *Baccharum*, quippe cum illæ vel terram virga percutientes duxerunt vini rinos & terra exci- tasse, & mel, & lac, & suaves liquores huiusmodi, ut est in his versibus:

θύρσον δ' ἔτι καβῶσ' ἔσπασεν εἰς πέτραν.
ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἔκπυδα ποτὶς.

ἄλλη δ' ἐν γάρβῳ εἰς πέδον καθῆκε γῆς,
ἣ τ' ἔδεκρινεν ἔξ' αὐτῆς οἴνου θεός.

Thyrsos capio percussit quædam petram,

Hinc lymphida vnda protinus fons exillit.

Diuerberavit ut solum virga altera.

Fontem meri profudit inde mox Deus.

His persimilia sunt illa miracula quæ phœt fecisse dicitur *Dionysus*, quæ nos ita in libro *Ve nationum* quarto expressimus:

Ha



has conscripsit Diodorus libro 5. historiarum, Orosius primo cum Pegasus Eleuthariensis pri-
mus Liberi patris religionem Atheniensibus tra-
diderit, ut Perinjanter ait in lib. 2. de sacrificio-
rum ritibus apud varias gentes. Fama est huic
in Nysa Atabiz felici ciuitate imperasse, mul-
taque humano generi vtilia inuenisse nam præ-
ter vinum & mellis conficiendi rationem, sacri-
ficiorum ritus quoque inuenisse dicitur, ut scri-
psit Ouid. in 3. Fastorum.

*Ante tuos ortus ara sine honore iacebant
Liber, & in gelidis herba reperta focis.*

Cum hic de omnibus nationibus bene mereri
studeret, orbemque terrarum illa, quæ sciebat
docendo peragraret, Mercurium Trifinegistum
uxori consultorem, ac Herculem Aegypti præsi-
dem reliquisse dicitur, Prometheoque primum
ab Hercule locum dedit, mox Buthide Phœnicie
Anteo Libyæ præfectis, ipse coacto ex agricolis
mulieribusque exercitu ad Indos, & intima Asiæ
loca penetravit. Deinde Iudis, qui illum asper-
nabantur, & vniuersi orientis regionibus subiugatis,
ad primum Oceani litus in montibus In-
diæ non procul à Gange flumio columnas duas
erexit, tamquam ad vltimas hominibus peruias
oras ex parte Orientis penetrasset: de quib. co-
lumnis ita scripsit Dionysius in situ orbis:

Ἰνδῶν τε καὶ Σιδωνίας διωκυρέος Διονύσου

*ἑστᾶσιν πυμάτιον παρὰ ῥέον ὠκεανῷ,
ἰνδῶν ὑσατίοισιν ἐν ἔρεσιν ἐνδᾶτε γᾶς γῆς
λευκὸν ὕδωρ νυσταῖον ἐπὶ πλαταμῶνα κυλίν-
δει.*

*Hæc & Thebani Dionysi terra columnas
Monstrat ad Oceanum, atque extremi littora
ponti:*

*Montibus Indorum, qua vasto gurgite Ganges
In mare se voluit, Nysam impellit & undam.*

Testatur & Sidonius Antipater in eo carmine
columnas à Baccho in Oriente, ut in Occidente
ab Hercule fuisse positas, cum inquit:

*ἀμφοῖν δὲ σῆλαι συντέρμονες, εἰκέλα δ' ὀπλά.
Ἄρνα ἐαδὲν ἀνδοῦσι, sunt termini utrique co-
lumna.*

Quod autem eò arna intulerit Dionysus,
vniuersamque Indiam debellauerit, & vrbes
orientis subegerit, ita inquit idem Dionysius:
*αὐτὸς δ' ὅππότε φύλα καλαιγῶν ὤλεσεν ἰνδῶν
ἢ μινδῶν ὀρέων ἐπεβησάτω.*

*Vt genus Indorum nigrorum Marte feroci
Perdomuit, montes Emodos scandit.*

Fabulari sunt antiqui Soliacem Armeniæ flu-
uium in Araxem stagnum influentem dictum
fuisse Tigrim ab ea tigre, quam conscendens
Dionysus Iunonis consilio furiosus traiecit,
cū maria ac terras circumiens remedium affe-
ctus quæteret. nā cum Iupiter exoratus tigri-
ni

pro